



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Venerabili Eucharistiæ Sacramento Decisiones Theologico-Legales

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Noi Reformatori Dello Studio di Padova.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94643)

AUCTORIS

AD RR. PATAVINUM CLERUM

aliósq[ue] eruditos Lectores.

PARÆNESIS.



Studium meum erga studia vestra non pauci lamentantur infirmatum, vel extinctum esse, ob retardatas has Decisiones de Venerabili EUCHARISTIE Sacramento; quas tota hæc Patavina Diæcesis, pluresq[ue] aliæ virtutis emulæ præstolantur: Et jure quidem; nam lustrum evolavit sub silentio, quamvis triplici de causa; nimio scilicet pondere, quo in Vicarii Generalis munere premebar; longævis disputationibus ad firmandam concordiam inter utramque Mensam Episcopalem, & Capitularem habitis, quibus fui distractus, & corporis infirmitatibus, quæ subsequuntur sunt, & earundem Decisionum extensionem præpedivere. Nunc in lucem prodeunt, Altarium instar, quæ à Vobis pro sacratæ Hostiæ expositione adornantur, videlicet solemnî apparatu, ac multiplici candelabrorum ordine; hoc est Quæstionum Theologicarum, atque Canonicarum, materiam, formam, ministros, ac effectus Sanctissimæ EUCHARISTIE concernentium: pluribus luminibus, atque lampadibus, antiquitatis Ritus circa Divinum hoc Sacramentum elucidantibus; Angelorum simulacris, munditiam tum ministrantium, tum suscipientium illud invenientibus: Florum pretiosis vasculis, amœnos casus, non fictos, sed factos, ad hunc eundem tractatum attinentes, decidentibus: Chymis suffutibus, suavisque odoramentis, exemplis nempe Sanctorum, qui amore Sacræ Synaxis exarserunt: tandem tapetibus, aulæis, ac sacris Imaginibus; doctrinis scilicet variis ad utrumque forum spectantibus, ex Jurisprudentum, Philosophorum, Medicorumque fontibus haustis, quibus Prælati, Animarum Rectores, Confessarii, ac alii pii lectores erudiantur in his, qui circa Liturgiam, divinâq[ue] Mysteria eos decet agnoscere. Labore meum, aut verius labores vestros grato animo, juxta solitum, non diffideo Vos suscepturos: præsertim ob non vulgares Controversias, non pauca Decreta Apostolica; & frequentes historias sacras in hoc opere insertas; quibus & vestros intellectus instruere legendos & plebes vestras edocere, Doctrinam Christianam iisdem explanando, facillè poteritis. Vestra me benignitas foreat; orationes, ac Sacrificia adjuvent, ut subsequenter de Sacrificio Missæ tractatum inceptum, quantocius perficere; & ad communem consolationem, studiosorūq[ue] profectum, typis mandare valeam. Interim in præsentî compilatione si quid incultum; si quid erratum reperitis, comiter excusate, corrigite, ac valete.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approbatione del P. Fr. Ambrosio Lisotti Inquisitore, nel Libro intitolato: *De Venerabili Eucharistia Sacramento: Decisiones Theologico-legales.* Autore Jo. Clericato Præposito, non vi essere cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concedemo licenza, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle pubbliche Librerie di Venetia, e di Padova.

Data 10. Agosto 1696.

{ Ferigo Marcello Proc. Refform.
{ Ascanio Giustinian 2.º Kav. Refform.
{ Francesco Cornaro Proc. Refform.

Agostino Gadaldini Segretario.

IN.